Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35054
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore

quorum divine retributionis obtentu subventionis dextram porrigatis
eidem ut per vos saltem mitius eius indigentia relevetur Cet-
erum quod vobis ad titulum prebuerimus et de studii labore perfectus et
spiritualis obligationis nos debitum vestro honori recognoscere tenea-
mur etc.

Narrare fratres vestris tristis contremuit quod cum R. presentium lator et qui-
dam alii socii et vicini eorum opere consumato venirent levandi
laboris gratia ludum imitati bladorum baculos studebant iacere
in directum et alter alterius fustem ferire, cuius ludi solet esse
conditio ut qui alterius baculum percuteret quasi victor pro equo al-
tero uteretur. Sed prefatus R. equitandi luna non utens so-
la erat iactatione contentus, quinimmo aut baculum R. percussisset
incaptus ineruz equitaturus insiliit et sic a falce illius R.
qua erat attinctus mortale vulnus accepit de quo post di-
es v. exspiravit ubique supplicasti nobis ut etc.

Reverendissime pater etc. Nichil est quod ecclesie dei magis officiat quam quod indigni
assumuntur prelati ad regimine animarum. Si enim medicus corporum semel
approbatus potest reprobari propter publicam utilitatem vel sibi reprobari
decretum tutorum multo magis medicus animarum cuius si intra despi-
ciendus est ut eius predicatio contempnatur vi. q. i. in. … in fine

Narrare frater si deum diligis tu facias ut excusso a te negligentie sopore tui
cordis oculos diligentia sedula vigilantibus animas quas gu-
bernandas deus tibi commisit Christo lucri facere studeas cooperante gratia
valeas submovendo noxia et augendo profutura. Obsecro etiam
ut uxorem tuam quam maritali consortio depulisti recipias et
restituas tibi sibi facias et maritali affectione pertractes. Que

Quamquam enim doctrine secundum seriatas distinctionem plane xxiii. q. iiii. ne admisso.

res mise nec consilium nec modum habet ullum eo consilio tangere non potest
in amore hec omnia insistunt vitia iniurie suspiciones inimi-
citie induciae bellum pax rursum haec incerta haec si tu postules ratione
certa facere nichilo plus agas quam si des operam ut cum ratione in-
sanias et quod nunc tute tecum ignarus cogitas Ego ne illam que
illum que me que non sine mo mori me mallet sentiet qui vir sit Hec
verba una me hercule falsa lacrimula quam oculos terendo misere
vix vi expresseris restringet et ultro accusabit et dabis ei ultro
supplicium

Cum in magistrum assumi non debeat qui magistrum non assumpsit nec sit pretendens qui subiecte non novit ut c. cum in … de elec. Pro eius … esse discipulus quam magistri.

Si sapis neque preterquam quas ipse amor molestias habet addas et
quas illas habet recte feras
Dies noctes quod me ames me desideres me sompnies me expectes
de me cogites me speres me te oblectes meum totus sis meus fac
sis postremo animus quando ego sum tuus
Omnia primo experiri quam armis sapientem decet quid sit an que
valeat sine vi faciat